Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tam et in macellibi leu consumatam in cibis in quibus
quin virtute dei iustorum in fidem et salutem pata
inclam in tempe iudicii. In quo exultabunt: quoniam
iuvat si opere contristati in varis temptationibus: ut probatio
ipsa fidei multo pretiosior sit auro quod per ignem probatur
inveniatur in laudem et gloriam et honorem in revelatione
iesu domini nostri iesu christi Lectio libri sapientiae 3
Iustorum animae in manu dei sunt: et non tanget il
los tormentum mortis. Visi sunt oculis insipien
tium mori: et estimata est affliccio exitus eorum et quod a
nobis est iter exterminium illi autem sunt in pace. Et si
coram hominibus tormenta passi sunt: spes illorum
immortalitate plena est. In paucis vexati: in multis
bona disponentur: quoniam deus tentavit illos: et invenit
eos dignos se: Tanquam aurum in fornace probavit
illos: et quasi holocausta accepit eos: et in tempore
erit respectus illorum. Fulgebunt iusti: et tanquam scintillae in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes
et dominabuntur populis: et regnabit dominus illorum in perpetuum
Exspectatio iustorum lenta Lectio libri sapientiae
Spes autem impiorum plena est. Formidine simplices
viae domini: et timor his qui operantur malum. Iustus
autem si festinatione prevenitur morte illi autem non hereditabunt
eum. Dominus iustum non permittit sapientia: signa praeibit
pietas. Labia iusti considerant placita. os impiorum
perversa. Simplicitas iustorum dirigit eos: et subplantatio
perversorum vastabit eos. Iustum autem liberabit eos
et in insidiis suis capientur impii. Iustus de angustia
liberatus est: et tradetur impius pro eo. Simili
modo ore de capit amicum suum: iusti autem liberabunt